Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



clvi

mine tuo. & reges in splendore ortu tui. Leua in circuitu
tu oculos tuos & uide omnes isti congregati sunt. uenerunt
tibi. filii tui de longe uenient. & filie tue de latere
surgent. Tunc uidebis & afflues. & mirabitur & dilatabitur
cor tuum. quando conuersa fuit ad te multitudo maris.
fortitudo gentium uenit tibi. Inundatio camelorum operiet te.
dromedarii madian & epha. omnes de saba uenient au
rum & thus deferentes. & laudem domino annunciantes.

Cum natus esset ihs in bethleem iude. Secundum matheum.
In diebus herodis regis. ecce magi ab oriente uenerunt
hierosolima dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum.
Vidimus enim stellam eius in oriente & uenimus adorare eum. Au
diens autem herodes rex turbatus est. & omnis hierosolima
cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scri
bas populi. sciscitabatur ab eis ubi xpus nasceretur. At illi
dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam.
Et tu bethlem terra iuda. nequaquam minima es in principi
bus iuda. ex te enim exiet dux. qui regat populum meum israel. Tunc
herodes clam uocans magos. didicit ab eis tempus stellae quae
apparuit eis. Et mittens illos in bethleem. dixit. Ite & inte
rrogate diligenter de puero. & cum inueneritis renunciate mihi.
ut & ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem. abi
erunt. Et ecce stella quam uiderant magi in oriente ante
cedebat eos. usque dum ueniens staret supra ubi erat pu
er. Videntes autem stellam. gauisi sunt gaudio magno ual
de. Et intrantes domum. inuenerunt puerum cum ma
tre eius. Et procidentes. adorauerunt eum. Et apertis
thesauris suis obtulerunt ei